Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Hieronymus, Sammelhandschrift - Cod. Aug. perg. 105

Hieronymus, Sophronius Eusebius

[S.l.], [1. Drittel des 9. Jh.]

Inter trinitatem et unitatem haec distinctio est ...

urn:nbn:de:bsz:31-1953

Visual Library

Inter trinitatem & unitatem haec distinctio est quod unitas propter insepera-
bilem deitatis substantiam. trinitas uero propter personarum diuersitatem
uocatur; In personis enim discretio est in diuinitate nulla distinctio. est enim ingig-
nens genitus & procedens; tria quidem nomina sed substantia una est sicut
ignis candor & calor. tria quidem uocabula sed tamen una res est; In reuelatio-
ne enim personarum trinitas est. In substantia uero naturae unus ds est. pater
scilicet & filius & sps scs; de patre enim quia ds est apostolus testatur dicens. unus
ds & pater ex quo omnia sunt; Item de filio quia ds est. ab ás ipse dicit; quorum patres
ex quibus xps secundum carnem qui est super omnia ds benedictus in saecula.
De spu autem sco quia ds est idem qui supra sic dicit; diuisiones donationum sunt. idem
autem sps. diuisiones operationum sunt idem uero ds. Ecce pater & filius & sps scs
ds est. sed non triplex deorum numerus in illa trinitate credendus est; scriptum est
enim. ego sum ds & non est alius praeter me. & illud audi israhel dns ds tuus ds
unus est. Tres ergo deos credere profanum est. & trinitatem in personis non distin-
guere impium est;

Inter personam patris & filii & sps sci. ita secernitur. quod pater nec factus nec
natus est. filius natus non factus est. sps uero scs nec factus nec natus sed ex patre
procedens est; Proinde pater aeternitatem hab& sine natiuitate. Filius natiui-
tatem cum aeternitate. sps uero scs processionem sine natiuitate; Pater ex nullo
exordium ducit. filius ex patre originem sumpsit. sps uero scs ex patre filioq; pro-
cedit; haec tamen a nobis tradicuntur d& trinitate. ut potest intellegentia humana
capere. Nam quis considerare sufficiat ipsius trinitatis interna misteria. quo-
modo pater & filius & sps scs tres personae sunt una natura. Quomodo pater inge-
nitus. filius genitus sps uero scs nec genitus nec ingenitus. quomodo filius de patre
natus est sps uero scs de patre procedit & filio. Quomodo filius nascendo non pro-
cedit sps autem scs procedendo non nascitur. Quomodo pater numquam sine filio
& tamen sine filio pater genuit filium. Quomodo filius numquam sine spu sco. & ta-
men ait. nisi ego abiero paraclitus non ueni& sps. quomodo filius non de se sed
de patre est. nec tamen ei est posterior de quo est. quomodo sps scs de patre pro-
cedit & filio nec tamen ab eis proceditur a quibus procedit. quomodo tria unum
sunt & unum tria. Quomodo ad se inuicem relatiue tria sunt essentialiter
unum sunt. Quis ista consideret quis ista comprehendat. Si enim humanae natiui-
tatis xpi secreta non capimus diuinae naturae misteria quomodo capiemus.

Inter essentiam di & substantiam hoc quidam definierunt. quod substantia est
id quod non ab alio sed semper ex se est hoc est quod propria intra se uirtute

. lib mon augie maioris.

ſubſiſtit. eſſentia in dõ uero idcirco eſt dicta. quia ſemper eſt nec incipiens aliquando nec deſinens eſt ſed eſſe ſemper proprium eſt eius;

Roma reuerſi

ħ exhibebitur cum prole ſua uere tunc ignitus iuppiter

Iudicaturo dño lugubre mundus immugiet. & tribus ad tribum pectora ferient. Potentiſſimi quondam reges nudo latere palpitabunt. Adducetur cum ſuis ſtultis plato diſcipulis. ibi arebit mirum fluuii olim oſ torrens demoſtenici. contorta chriſippi illic acumina. nec arguta ariſtotelis pderunt ſyllogiſtica. Tunc tu ruſticanus & pauper qui uis in xpo. exultabis dicens in gaudio. Ecce crucifixus deus meus. Quando celi.